



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

XXXIV. Lucensi Reipublicæ Facultas conceditur nominandi tres Viros
Ecclesiasticos, eosque Romano Pontifici præsentandi, ut ex iis unum in
Archiepiscopum Lucanum eligere possit. 26. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74789)

Ecclesie spectare videbatur, non satis ipsis fuit, nihil sibi habere, in pia opera velle omnia erogare; sed Summos Pontifices, quibus concedita est universalis administratio bonorum Ecclesiarum inferiorum, adire, ut per eos sibi liceret eadem huic potius, quam alteri pio operi addicere; optime scientes, quantumvis pie erogassent quaecumque Ecclesiis abstulerant, non propterea satis sibi esse consultum, nisi factum illud, superaddita Pontificia auctoritate, fuisset veluti ob signatum: juxta celebres litteras Alexandri III. ad Henricum Angliae Regem, relatas apud Card. Baronium in *Annalibus tom. 12. ad annum 1164.* Si autem univ[er]sa, quae in usus tuos per hujusmodi angarias de bonis Ecclesiasticis convertuntur, in refectio[n]em pauperum, vel aliis pietatis operibus expendes, obsequium non magis Deo gratum efficeris, quam si Altari quolibet discooperto, aliud cooperires, aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares. Praeclara extant non adeo vetusta exempla unius, & alterius ex Ducibus Neoburgi, nimirum Wulfangi Willelmi, & Philippi Willelmi, qui nihil penitus ex occupatis Ecclesiarum bonis retinere voluerunt, sed Romanorum Pontificum explorata sententia, praebentiaque approbatione, res, rerumque fructus in sacram dotem constituerunt piis quibusdam Institutis, ac Religionis operibus, de quibus cum ipsa Sancta Sede jam antea convenerant. Superioribus nostris litteris num. 27. de praeclearo hoc facto meminimus, tutissima autem ipsius monumenta suppeditarunt acta Congregationis Romanae Universalis Inquisitionis habitae sexto Idus Februarii 1657.

Qui & integre bona Ecclesiastica restituere, & in designatos a Pontifice usus pios erogare voluerunt.

Normam praesenti casui exhibere nequeunt, & quare?

Dat. Pont. anno 14. die 24. Maii 1754.

§. 10. Iniqua fert praesentis causae conditio, ut damna & incommoda, quae Mahumetani Regionem obtinentes, inferre possunt, serio expendere debeamus; atque praeterea cum agrestibus miserabilique hominibus agendum esse consideremus: exinde enim nobis est dura illa necessitas efficiendi probandique, quod nunc praestamus, ne fiat lapsus in deteriora. Tu interim, qua praestas sedulitate, ne praetermittas, ad Cardinales Congregationis deferre haec omnia, ipsisque annuentibus, iteratas dare Encyclicas litteras ad Albaniae Praefules, ad quos sicuti superioris Nostrae ad Te datae Epistolae die 19. Martii 1752. exemplum transmisi, ita dabis & hujusce ad Te Nostrae, quam, Apostolicam Tibi Benedictionem impertientes, absolvimus.

Datum apud S. Mariam Majorem die 24. Maii 1754. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

beni delle Chiese, non si sono contentati di non voler nulla ritenere per se, di volere spendere tutto in opere pie, ma sono ricorsi ai Romani Pontefici, ai quali è stata commessa la generale amministrazione de' beni delle Chiese inferiori, per poterle prevalere più per un'opera pia, che per un'altra, ben sapendo, che, non ostante il pio impiego di quanto avevano tolto alle Chiese, non erano salvi in coscienza, se non era l'atto autenticato dalla Pontificia approvazione; giusta la celebre lettera del Pontefice Alessandro III. al Re Enrico d'Inghilterra, appresso al Cardinale Baronio negli *Annali al tomo 12. all'anno 1164.* Si autem univ[er]sa, quae in usus tuos per hujusmodi angarias de bonis Ecclesiasticis convertuntur, in refectio[n]em pauperum, vel aliis pietatis operibus expendes, obsequium non magis Deo gratum efficeris, quam si Altari quolibet discooperto, aliud cooperires, aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares. Illustri in ciò sono gli esempj non tanto da noi remoti dei due Duchi di Neoburgo, cioè di Wolfango Willelmo, e di Filippo Willelmo, che nulla vollero ritenere de' beni occupati alle Chiese, ma coll'intelligenza ed approvazione de' Romani Pontefici, impiegarono e capitali, e frutti, in varie fondazioni pie, ed opere cristiane, concertate colla Santa Sede. Di questo grand'atto si è da Noi parlato nella Nostra precedente Lettera al num. 27. e di esso abbiamo avuto i sicuri rincontri dagli Atti della Congregazione del Sant'Ufficio tenuta ai 7. di febbrajo 1657.

I quali vollero non solamente restituire i beni occupati, ma anche impiegarli con l'ordinazione alla volontà del Papa.

§. 10. Porta la nostra disgrazia, che siamo obbligati a dover pensare al male, che possono fare i Turchi, che sono i padroni del paese; e che abbiamo alle mani persone, che sono rozze, ed oppresse dalle miserie; il che ci pone nella dura necessità di dover fare, quanto facciamo, per non far peggio. Ella non lasci colla sua solita diligenza di partecipare il tutto ai Cardinali della Congregazione, e colla loro annuenza di scrivere la seconda Lettera Circolare ai Prelati dell' Albania, ai quali manderà una Copia di questa nostra, che scriviamo a Lei, come fece dell'altra, che le scrivemmo sotto li 19. di Marzo 1752.; terminando col darle l'Apostolica Benedizione.

Non possono dar norma alla decisione del presente caso; e perchè?

Datum apud S. Mariam Majorem die 24. Maii 1754. Pontificatus Nostri Anno XIV.

Data a' 24. di Maggio del. An. 1754. quattordicesimo del Pontificato.

XXXIV.

Lucensi Reipublicae Facultas conceditur nominandi tres Viros Ecclesiasticos, eosque Romano Pontifici praesentandi, ut ex iis unum in Archiepiscopum Lucanum eligere possit.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris, Anianis, & Vexillifero Reipublicae Lucanae, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

ROMANUM Pontificem in univ[er]sa Christianae Reipublicae procuracione hoc inter omnia maximè convenit, ut quidquid ad Divinum cultum promovendum simul, & populorum tranquillitatem constabiliendam pertinet, id prudenter, studioseque curare non praetermittat. Quod quidem Nobis, Divina benignitate in tam illustri Pontificatus fastigio collocatis, ita semper cordi fuit, ut quaecumque cum Sanctissimae Re-

ligionis dignitate publicam populorum felicitatem conjungerent, ea, si a Nobis peterentur, libentissimè impertiremur.

§. 1. Sanè vestro Nobis nomine exposuit Dilectus Filius Philippus Bonamicus Presbyter Civis vester, & Familiaris noster, homo in obeundis negotiis vestris certe diligens, Nobisque apprime charus & probatus, constituisse vos offerre & irrevocabiler dono dare Ecclesiae Cathedrali Sancti Martini Civitatis vestrae, illiusque Mensae Archiepiscopali, decem millia nummum aureorum (qui nummi decem julis monetae Romanae constant) ad augendos ejusdem Mensae redditus; simulque a Nobis humiliter, ac enixè petere, ut habita ratione hujusce pie liberalitatis vestrae, Apostolica providentia, atque autoritate praecaveremus mala & incommoda omnia, quae ab electione Archiepiscopi vobis minùs grati facile invehi possent in Rempublicam vestram.

Pia voluntas Lucani Senatus donandi decem millia nummum aureorum Mensae Archiepiscopali ejusdem Civitatis.

§. 2. Quamvis autem oblatio illa tanti non sit, ut ex Instituto Ecclesiasticae Disciplinae, & Canonice legibus, idoneam Nobis causam suppeditare valeat, ut Patronatus jura in eandem

Non tanti ea oblatio est, ut inde acquiri jura Patronatus valeant.

Ecclesiam,

Lucensis Reipublicæ Studium pro tuenda Catholica Religione, tempore præsertim ingruentis in Italia hæresis, commemoratur.

Oblata donatio decem millium aureorum pro Mensa Archiepiscopali Ecclesie Lucanæ acceptatur.

Facultas Senatus Lucano tribuitur tres Ecclesiasticos viros nominandi, eosque præsentandi Romano Pontifici, quoties Sedes Lucana vacaverit.

Hortatio, ut Tridentinæ Synodi decreta in huiusmodi nominatione

Ecclesiam, (quæ cæteroquin per sese jam satis commodè dotata est) vobis concedere, aut reservare debeamus; Nos nihilominus, non tam ob recentem hanc Oblationem vestram, quam ob veterem erga Romanam Sedem Reipublicam vestram observantiam, & Catholicam Religionem tuendam studium constans atque perpetuum, quod pulcherrimè declarastis semper, & eo præsertim tempore, quum Majores vestri ingruentem in Italiam, atque adeo in Civitatem vestram hæreticam pravitatis pestem, piè, fortiterque represserunt, quinimò aliquot familias, licet generis, & opum splendore illustres, propterea quod minus rectè de Catholica Romana Fide sentiebant, omnino exterminandas, & tamquam vitiosas partes excandandas per se ipsi statuerunt, ne totum corpus Civitatis traherent, atque contaminarent: Et capropter tunc Romani Pontifices Prædecessores nostri Rempublicam vestram maximis, ac verissimis laudibus cumularunt: his meritis vestris, aliisque plurimis officiis in Nos & Apostolicam Sedem, & maximè singulari nostra quadam paterna benevolentia excitati, vestris annuere precibus, & Reipublicæ vestræ, quam semper ex animo dileximus, quieti, tranquillitatique consulere decrevimus.

§. 3. In primis igitur Oblationem illam vestram decem millium nummorum aureorum, quos in tot Locis Montium Cæmeralium non vacabilem Almar Urbis nostræ positos esse intelleximus, harum autoritate literarum acceptamus, & Mensæ Archiepiscopali Ecclesie Lucanæ adjungimus, atque cum cæteris illius Bonis incorporamus: Nec non Venerabili Fratri Nostro Josepho Palma moderno ejusdem Ecclesie Archiepiscopo, ejusque successoribus futuris Archiepiscopis, ante dictorum Locorum Montium possessionem stabilem, ac certam tradimus, ita ut ipse Josephus Archiepiscopus eorum redditus, uti cæteros suæ Mensæ fructus, ex hoc ipso tempore jam percipere, atque in suos usus, utilitatem, ac sustentationem convertere omnino possit.

§. 4. Deinde majoribus Rempublicam vestram, & amplioribus favoribus & gratiis profectui volentes, ac vos, vestrasque singulares Personas a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati sitis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes; certa scientia Nostra, & de Apostolica Nobis a Deo tradita potestatis plenitudine, Nobilitatibus vestris, & Senatui Reipublicæ Lucanæ, in sinceritate Catholicæ Fidei, & devota erga Apostolicam Sedem observantiam manentibus, facultatem & jus perpetuum concedimus & indulgemus, ut quotiescumque contigerit consequenti tempore Ecclesiam Archiepiscopalem Lucanam Archiepiscopo & Pastore destitui, nominetis tres Ecclesiasticos viros, pietatis & doctrinæ laude insignes, cæterisque necessariis qualitatibus instructos, quos tanto muneri sustinendo maxime idoneos in Domino judicaveritis, eosque Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus nostris pro tempore existentibus præsentare possitis, ex quo numero Nos & Successores præfati eligemus & eligent unum, in Ecclesie Lucanæ Archiepiscopum & Pastorem, Apostolica autoritate, ut moris est, præficiendum.

§. 5. Vos autem præterea hortamur, & paternè monemus, ut in nominandis antedictis Ecclesiasticis viris Sacrosanctæ Tridentinæ Syno-

di Decreta præ oculis habentes, nihil aliud spectetis, quam Omnipotentis Dei gloriam, Religionis Catholicæ incrementum, & salutem Civium vestrorum sempiternam.

§. 6. Præsentem demum litteras, & in eis contenta hujusmodi, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, aliove quolibet, etiam quantumvis magno seu substantiali, aut solemnitatum defectu, impugnari, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu illis ex quavis causa derogari posse, sed semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus, sortiri, & obtinere, vobisque & Reipublicæ vestræ perpetuò suffragari: Sicque & non aliter per quoscumque Judices quavis autoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, ac ipsamet Consistorium, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiti debere volumus. Et irritum quoque decernimus & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quibusvis reservatoriis & revocatoriis, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, nec non Universalium, Provincialium, ac Synodaliū Conciliorum generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non dictæ Ecclesie Lucanæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ecclesie, illiusque Capitulo, & Canonicis, ac Clero, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis; quibus omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi acti de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro sufficientes expressis habentes; illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Nostræ acceptationis, incorporationis, absolutionis, concessionis, Indulti, hortationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Siquis autem &c. incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, septimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

J. Card. Pro-Datar. D. Card. Passioneus.

V I S A

De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

1754.
Præ oculis
habeantur.

Clausula de
perpetuo
concessionis
vigore.

Derogatio-
nes generales
& speciales.

Sanctio.

Dat. 26. Maii
1754. Pont.
XIV.

Ency-

XXXV. Encyclicæ Litteræ ad Patriarchas, Archiepiscopos, ac Episcopos Italiae, quibus hortantur, ut veteribus nova superaddant pastoralis sollicitudinis studia, ut Christiani in rudimentis Fidei insistant & erudiantur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontificis cura, ut instruantur, qui in Patriarchalibus Basilicis poenitentias subeunt a Dataria imponas.

CUM Religiosi æque, ac divini cultus promovendi Studiosi Viri ad Nos detulerint, optimum fore, si Nostri S. Joannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris Patriarchalibus Basilicis, certi constituerentur Ministri, ad instruendos eos, qui a Dataria Apostolica in præfatas tres Basilicas ablegantur, ut ibi sese exercent iis servilibus operibus, quæ ipsis imponuntur obeunda perficiendaque, antequam iisdem concedatur matrimonialis impedimenti relaxatio, ad quam consequendam Romam advenere: sed autem hujusmodi institutionem dirigendam esse, ut rite utiliterque possent homines illi Sacramentali Poenitentia abtergi, & Altaris Sacramento digne fieri participes, quæ duo, præter Sacram ad septem Ecclesias peregrinationem, Sanctarumque Scalarum ascensum, ab ipsis exposcit Dataria: Cumque ea de re oportuna ediderimus mandata, veluti perspicuum sit ex Nostri Litteris Encyclicis ad Cardinales præfatarum Basilicarum Archiepiscopos datis decimoquinto Kalendas Februarii labentis anni; nobisque exinde certo confiterit, quanto zelo nonnulli ex Canonicis, aliisque Ecclesiasticis viris præfatarum Basilicarum, momentoso operi manum admoveere, alacri semper animo sollicitam mandatorum Nostrorum executionem urgentes; gaudio quodam planè singulari perfundi Nos sensimus; totoque animo debitas summo honorum omnium Auctori Deo gratias persolvimus.

Exinde de-rogatur, nonnullos necessaria ad salutem ignorare.

§. 1. Haud tamen expleri animus gaudio potuit, cum subinde relatum ad Nos fuerit, hujusmodi homines, dum sacris instructionibus ad Confessionem Sacramque Communionem parantur, detegi sæpe sæpius Mysteriorum Fidei, atque eorum etiam, quæ necessitate mediæ noscenda sunt, ignaros, ideoque tales, qui Sacramentorum nequeant fieri participes. Cui quidem maximo malo quamvis memorati Ministri opportuna non negligent remedia adhibere affiduis institutionibus; exinde tamen non fit, quin præter sollicitudinem & laborem, quem Evangelici illi Operarii agnoscant sibi necessario subeundum, quemque lubenti animo perferant, id ipsum mærore quodam non afficiat dispensationem exposcentes, expectantesque, qui cum paupertate vexentur, suisque manibus sibi victum quaerent, quamcivissime cupiunt Urbe excedere, in patrias reverti suas, optatoque sese jungere Matrimonio, cujus causa iter arripuerunt, publicæque, nec levis poenitentiae incommoda non detrectantur.

Ignoratio hæc non Episcoporum culpæ seu negligentia, sed ipsorum met hominum vitio verenda dicitur.

§. 2. Pontificatus Nostri initio, Encyclicas Litteras dedimus, quibus Venerabilium Fratrum Nostrorum zelo stimulos veluti addidimus, ut quæ Christianæ Doctrinæ sunt rudimenta, & præcepta, in sua quisque Dioecesi explananda curaret, & addiscenda, Dioecesanorum eorum Synodos legimus vetustiores ac recentiores; novimus eas instructionibus & adhortationibus plane refertas, nihilque in iis desiderari, quod ad gravissimum Christianæ Doctrinæ tradendæ opus perficiendam conducere videatur. Quapropter ex animo affirmamus, persuasum nobis

Lettera Circolare scritta ai Patriarchi, Arcivescovi, e Vescovi d'Italia, affinché col loro zelo Pastorale sempre più efficacemente procurino, che i Fedeli siano istruiti nelle cose della Fede.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ESSENDOCI stato rappresentato da Persone da bene, e zelanti dell'onore di Dio, che sarebbe stata cosa ben fatta, qualora nelle nostre Basiliche Patriarcali di S. Giovanni in Laterano, di S. Pietro in Vaticano, e di S. Maria Maggiore, si fossero stabiliti Ministri, che istruissero i penitenti, che dalla Dataria Apostolica si spediscono alle dette tre Basiliche, per adempire in esse le opere servili e laboriose, che vengono loro prescritte, e che devono adempire, prima che ad essi si rilasci la Dispensa Matrimoniale, per ottenere la quale si sono portati a Roma; e che l'istruzione si riducesse a far loro fare una fruttuosa Confessione, ed a ricevere degnamente il Sacramento dell'Altare, il che loro pure viene prescritto dalla Dataria, oltre la visita delle sette Chiese, e l'ascendere le Scale Sante: Ed avendo Noi sopra ciò dati gli ordini opportuni, come si raccoglie da una Nostri Lettera Circolare scritta a Cardinali Arcipreti delle dette tre Basiliche sotto il giorno 18. Gennaio di questo anno corrente; ed avendo avuti sicari rincontri del zelo, con cui alcuni Canonici, ed altri Ecclesiastici delle dette Basiliche, si sono accinti alla grande opera, travagliando indefessamente per l'esecuzione degli ordini dati; ne abbiamo avuta una straordinaria consolazione, e ne abbiamo rese di cuore le dovute grazie al Signore Iddio Autore di ogni bene.

Premure ed ordini Pontifici per l'istruzione di quelli, che nelle tre Basiliche di Roma fanno la poenitentia loro imposta dalla Dataria.

§. 1. Non è stata però in tutto, e per tutto compiuta la Nostri consolazione, essendoci stato riferito, che nell'occasione de' Catechismi, che si fanno facendo per disposti alla Confessione, ed alla Comunione, si ritrovano bene spesso i Dispensandi ignari de' Misterj della Nostri Santa Religione, parlando anche di quelli, che sono necessarij necessitate Medi; e però incapaci di essere ammessi ai Sacramenti. Al qual gravissimo inconveniente benchè essi non manchino di porre gli opportuni rimedj colle necessarie istruzioni, non è però, che, oltre il travaglio, e la fatica, che gli stessi Ministri riconoscono necessaria ed indispensabile, e che ben volentieri soffrono, ciò non amareggi i Dispensandi, che essendo poveretti, e vivendo colle fatiche delle loro mani, non vedono l'ora di partire da Roma, e ritornare alle loro Patrie, e contrarre il Matrimonio, che bramano, e per cui hanno intrapreso il viaggio, e si sono sottoposti alla pubblica laboriosa poenitentia.

Con ciò si scopre, che alcuni non fanno le cose necessarie per salvarsi.

§. 2. Nel principio del Nostri Pontificato spedimmo una Lettera Circolare, nella quale eccitammo il zelo de' Nostri Confratelli sopra l'insegnamento della Dottrina Cristiana nelle loro Diocesi. Abbiamo veduti i loro Sinodi vecchi, e nuovi, ed abbiamo riconosciuto, che sono pieni di esortazioni, ed istruzioni, e che nulla vi manca di quanto è necessario per l'opera importantissima dell'insegnamento della Dottrina Cristiana. Perlocchè con tutta buona fede ci protestiamo, di essere persuasi, che non vi sia fra loro chi abbia in questo par-

Si conviene, che tale ignoranza non debba già attribuirsi a' Vescovi, ma bensì a colpa di chi non ha imparato.

esse,

ticola-